

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus Caput 4: De amicitia (3)

Tullius de vera amicitia ait:

Est enim vera amicitia nil aliud nisi omnium divinarum rerum cum benivolentia et caritate consensio,

nec sine virtute amicitia ullo pacto esse potest.

Amicitia res plurimas contingit, quocumque te verteris presto est, nullo loco excluditur, nuncquam intempestiva, nuncquam molesta est.

Est enim amicitia nihil aliud nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benivolentia et caritate consensio;

qua quidem haud scio

an excepta sapientia nihil melius homini sit a dis immortalibus datum.

Divitias alii praeponunt, bonam alii valetudinem, alii potentiam,

alii honores, multi etiam voluptates: beluarum hoc quidem extremum;

illaaudem superiora caduca et incerta,

posita non tamen consiliis nostris quam in fortunae temeritate.

Qui autem in virtute summum bonum ponunt, praeclare illi quidem,

sed haec ipsa virtus amicitiam et gignit et continet,

nec sine virtute amicitia esse ullo pacto potest.

Marcus Tullius Cicero, *Laelius de amicitia*, 20 (J.G.F. Powell ed., p.328, ll.13-25).

Amicitia res plurimas continet,

quoquo te verteris praesto est, nullo loco excluditur,

numquam intempestiva, numquam molesta est.

Marcus Tullius Cicero, *Laelius de amicitia*, 22 (J.G.F. Powell ed., p.329, ll.15-24).